



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum peccatum sit grauius eo, quod maiori bono opponitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

& p̄terea diuerſa ſunt virtutes, & vna earū eſt alia maior. Vnde non oportet oīa peccata eſſe equalia.

Ad XIII. dicendum, quod ratio illa procederet ſi peccatum eſſet priuatio tantum: ſed quia habet in ſui ratione poſitionem aliquam, recepit magis & minus, vt dictum eſt.

In corp. ar.

Ad XV. dicendum, quod quantitas contemptus, non ſolum meſſuratur ex parte eius qui offenditur: ſed etiam ex parte actus quo quis cōtemnitur, qui poteſt eſſe intenſior vel remiſſior.

Ad XVI. dicendum, quod oīa animalia ſunt æqualiter animalia, non tñ ſunt æqualia animalia: ſed vnum animal ex altero maius & perfectius, & ſimiliter nō oportet quod oīa peccata propter hoc ſint paria.

Ad XVII. dicendum, quod poſt peccatum remanet & natura animæ, & libertas volūtatis: minuitur tamē habitus ad bonum, & per vnum peccatum plus, & per aliud minus.

Ad XVIII. dicendum, quod circumſtantiæ non ſe habent nec in virtute nec in peccato, ſicut differentiæ ſubſtantiales, alioquin omnis circumſtantiā cōſtitueretur in genere vel ſpecie virtutis aut peccati: ſed magis ſe habent per modum accidentium, vt ſu pra dictum eſt. & p̄terea hoc nō eſt verum, quod ſublata vna differentia eſſentiali omnes tollantur. Sublato enim rationali remanet viuum, vt dicitur in li. de Cauſis: non quidem idem numero propter deſtructionem ſubiecti: ſed idem ratione.

Art. 6. & 7.

In propoſi. 3. tom. 3. inter opera Aristo.

ARTICVLVS V.

Vtrum peccatum ſit grauius ex eo, quod maiori bono opponitur.

Enchir. c. 12. tom. 3.

DECIMO quaeritur vtrū peccatum ſit grauius ex eo, quod maiori bono opponitur, & videtur quod non: quia ſecundum Aug. ex hoc aliquid dicitur malum, quod adimit bonum, quod ergo plus adimit de bono eſt magis malum: ſed primum peccatum etiam ſi minori virtuti opponatur plus adimit de bono quā ſecundum, quia priuat hominem gratia & vita æterna. nō ergo peccatum eſt ex hoc grauius, quod maiori virtuti opponitur.

¶ 2 Præ. Charitas ſc̄m Apoſt. 1. Cor. 13. eſt maior fide & ſpe: odium autem quod opponitur charitati, non eſt grauius peccatum quā inſidelitas & deſperatio, quæ opponuntur fidei & ſpei. non ergo peccatum eſt grauius, quod maiori bono opponitur.

¶ 3 Præ. Quod aliquis ſciens vel ignorans peccet, accidentaliter ſe habet ad bonum, cui opponitur peccatum. ſi ergo, ex hoc vñ peccatum eſſet alio grauius quod maiori bono opponitur, ſequeretur quod non grauius peccaret qui ſciēs peccat, quā qui peccat ignorans, quod patet eſſe falſum.

¶ 4 Præ. Quantitas p̄næ r̄ndet quantitati culpæ: ſed quædā peccata quæ ſunt in proximum, grauius leguntur punita q̄ peccata in Deum cōmiſſa: ſicut peccatum blaſphemia, quod eſt peccatum in Deū, punitū eſt ſimplici lapidatione, vt habetur Leu. 24. peccatum autē ſchiſmatis punitum eſt p̄ inconfuetā mortē multorū, vt habetur Num. 26. ergo grauius eſt peccatum quod committitur in proximum q̄ quod committitur in Deū: cum tamen maiori bono opponatur peccatum quod in Deum cōmittitur.

Lib. 8. c. 10. circa princ. tom. 5. 1. 2. q. 7. ar. 3. 4. & q. 7. ar. 6. 7. 8.

SED CONTRA eſt, quod Phil. dicit 8. Eth. quod ſicut bono opponitur malū: ita optimo opponit peſſimū.

RESPON. Dicendum, quod grauitas peccati pōt penſari ex duobus, vno modo, ex parte iplius actus: alio modo, ex parte agentis. Ex parte autē actus eſt duo conſiderare ſcilicet ſpeciem actus, & accidens eius,

quod ſupra circumſtantiā diximus. Actus autē ſpecie habet ex obiecto, ſicut iam ſupra dictū eſt. Grauius ergo peccati quā habet ex ſpecie ſua, tantum ex parte obiecti ſiue materia: & ſecundū hanc conſiderationem grauius peccatum dicitur ex hoc genere quod maiori bono virtutis opponitur: & de cum bonum virtutis conſiſtat in ordinatione motus, vt Auguſt. dicit, Deum autem ſuper omnia diligere debeamus, peccata quæ ſunt in Deum, ſicut idolatria, blaſphemia, & huiusmodi, ſecundū ſuum genus ſunt reputanda grauiſſima. Inter peccata autem quæ ſunt in proximum, tanto aliquæ ſunt alijs grauiora, quanto maiori bono proximo opponuntur. Maximum autem bonum proximum eſt vita hominis, cui opponitur peccatum homicidii, quod tollit actualement hominis vitam, & peccatum luxuria, quod opponitur vitæ hominis in potestate, quia eſt inordinatio quadam circa actum generationis humane. Vnde inter omnia peccata quæ ſunt in proximum, grauius eſt homicidium ſe cūm p̄nus ſuum, & ſecundum locum tenet adulterium, fornicatio, & huiusmodi peccata carnalia: tertium autem locum tenet furctum & rapina & huiusmodi, per quæ in exterioribus bonis læditur proximo: ſingulis autem horū generum ſunt diuerſi gradus in quibus meſſuram peccati ſecundum genus oportet accipere, ſecundum quod bonum oppoſitum, magis, vel minus per charitatem debet amari.

¶ 2 Præ. Ex parte autem circumſtantiæ eſt etiam grauitas in peccato, non ex ſpecie ſua: ſed accidentaliter. Similiter etiam ex parte agentis, attenditur grauitas peccato ſecundum quod magis, vel minus voluntarius peccat. voluntas enim eſt cauſa peccati in ſe: pra diximus: ſed hæc grauitas non competit peccato ſecundum ſuam ſpeciem, & ideo ſi grauitas peccati attendat, ſecundū ſpecie eius, tanto inuenitur peccatum grauius, quanto maiori bono opponitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in peccato inuenitur duplex boni ademptio, vna formalis per quam tollitur ordo virtutis, & quantum ad hanc refert, vtrum primo vel ſecundo peccet: quia ſecundum peccatum poteſt plus priuare de ordine virtutis in actu quā primum. alia vero eſt ademptio in qua eſt effectus peccati. ſ. priuatio gratiæ & p̄riæ: & quantum ad hanc, primum peccatum plus lædit quā ſecundum: ſed hoc eſt per accidens, quod ſecundum non inuenitur, quod primum inuenitur, ea autem, quæ ſunt per accidens, non eſt iudicandum de rebus ſumendum.

AD SECUNDUM dicendum, quod fides & ſpes ſunt præambula ad charitatem: vnde inſidelitas quæ opponitur fidei, & deſperatio quæ opponitur ſpei, maxime opponuntur charitati: quia radicatas eas euellunt.

AD TERTIUM dicendum, quod aliquem peccatum tē, vel ignorantem, licet accidat alicui peccatum ſpeciali, puta, furto quantum ad ſpeciem eius: tamen quantum ad rōnem generis, id eſt, in quantum ad peccatum non accidit, quia de ratione peccati eſt voluntarium. vnde ignorantia, quæ diminuit voluntarium, diminuit etiam rationem peccati.

AD QUARTUM dicendum, quod p̄næ quæ in ſententia a Deo in futura vita, reſpōdēt grauitati culpæ: non Apoſt. Rom. 2. dicit, quod iudicium Dei eſt iuxta gradum veritatem in eos, qui talia agunt: ſed p̄næ in ſententia in præſenti vita infliguntur ſiue a Deo, ſiue a homine, non ſemper reſpōdēt grauitati culpæ.

dum enim minor culpa grauiori pena puniſtēporaliter pp maior periculum euitādum. pēnā. n. pēſentis vitæ quaſi medicinae adhibentur. Peccatum aut ſchiſmatuſ pernicioſiſſimū eſt in rebus humanis, q̄a diſſoluit totum regimē humanæ ſocietatis.

ARTICVLVS XI.

Utrum peccatum diminuat bonum naturæ.

VNDECIMO quæritur, utrum peccatum diminuat bonum naturæ. & videtur quod nō. Nul-lum enim diminutum eſt integrum: ſed bona natura manent integra in demonibus poſt peccatū; vſ dicit Dionyſ. cap. 4. de di. nom. ergo bonum natura nō diminuitur per peccatum.

¶ 2 Præ. Accidens nō tollit ſuum ſubiectum: ſed malum culpæ eſt in bono natura ſicut in ſubiecto. ergo malum culpæ nō tollit aliquid a bono natura, & ita nō diminuit ipſum. Sed diceretur quod bonum natura diminuitur per malum culpæ, nō quantum ad ſubſtantiam ſubiecti, ſed quantum ad aptitudinem ſue ad habitatem.

¶ 3 Sed contra, priuatio nihil tollit de eo quod eſt commune ſibi & formæ oppoſitæ: ſed ſicut ſubſtātia ſubiecti eſt communis priuationi & formæ, ita etiam aptitudo ſue habitatis. Requirit. n. priuatio in ſubiecto aptitudinem ad formam oppoſitam. er go priuatio nihil tollit de habitate ſubiecti.

¶ 4 Præ. Diminui quoddā pati eſt, pati aut in ſuſcipiēdo eſt; agere aut emittēdo magis. Nihil ergo di-minuitur ſm actum ſuum: ſed peccatum in actu cōſiſtit. ergo per peccatum nō diminuitur bonū natura peccantis. Sed diceretur q̄ peccatum eſt actus potentia, q̄ nō diminuitur: ſed ſola eius habitatis.

¶ 5 Sed contra, pati dicitur aliquid nō ſolū ſi ſubtrahatur ei aliquid quod ſit de ſubſtantia eius: ſed etiam ſi ſubtrahatur accidens eius. Aqua enim pati dicitur, nō ſolum cum amittit formam ſubſtantialem: ſed etiam cum calefacta frigiditate amittit. habitatis autem eſt accidens potentia. ergo ſi dimi-nuatur habitatis, ipſa potentia patitur per actū. p-prium, quod videtur impoſſibile ſecundum p̄dicta.

¶ 6 Præ. In rebus naturalibus agens patit. nō tamen patitur ſecundum q̄ agit. Nam agit quidem ſecundum q̄ eſt actū: patitur autem ſecundum q̄ eſt in po-tētia: ſicut aer actū calidus inſrigidatur per aquam, in quantum eſt frigidus in potentia, caleſcit autem aquam in quantum eſt actū calidus: ſed hoc eſt eom-muniter verum in omnibus, q̄ nihil ſecundum idē eſt actū & potentia. nihil ergo patitur ſecundum q̄ agit. neque ergo peccans diminuitur in ſuo bono naturali per propriam actionem peccati.

¶ 7 Præ. Diminueret eſt agere quoddā: ſed actus nō agit, eſt enim procedere in inſinitum, cum oē qd agit, actum cauſat. Cum ergo p̄ſēn ſit actus quiddā, videtur q̄ peccatum nō diminuat bonum natura.

¶ 8 Præ. Cum diminutio ſit motus quidam, dimi-nuere mouere eſt: nihil autem mouet ſeipſum, mo-ueret autem ſeipſum aliquid, ſi ſuper ſuam actionē moueretur. Nō ergo peccans diminuitur in ſuo bono natura per ſuam actionem peccati.

¶ 9 Præ. Dion. dicit 4. c. de di. no. Quod malum nō agit, niſi virtute boni: ſed peccatum in virtute boni nō corrumpit bonum natura, quia virtus boni nō eſt corruptiua, ſed ſaluatiua magis. ergo peccatum nō diminuit bonum natura.

¶ 10 Præ. Aug. dicit in Enech. q̄ in bono & malo ſal- lit Dialecticorū regula, q̄ dicit q̄ oppoſita nō ſunt ſimul. Nō aut falleret, niſi malum eſſet in bono ſi

Abi oppoſito, ſicut in ſubiecto. Eſt ergo peccatum in bono natura ſibi oppoſito, ſicut in ſubiecto. ſed nul-lū accidēs diminuit ſuū ſubiectū. ergo peccatū nō diminuit bonum natura, & ſm q̄ eſt ei oppoſitum.

¶ 11 Præ. Si peccatū diminueret bonū natura, di-minueret libertas arbitri in quo præcipuē peccatū conſiſtit: ſed Bernardus dicit in li. de Libe. arbi. q̄ li-berū arbitriū dērrimentū nō patitur in damnatis. ergo bonum natura nō diminuitur per peccatū.

¶ 12 Præ. Si peccatū diminuit habitate naturalē ad bonū, aut ex parte ſubiecti, aut ex parte boni, ad qd ſubiectū eſt habile: inter hæc. n. duo habitatis cōſiderat quaſi mediū quoddā. Nō aut diminuit ipſam ex parte ſubiecti, ſicut nec ipſū ſubiectū. Sedm aut q̄ coniungit cū bono virtutis vel gratiæ, vſ habitatis prædicta pertinere ad genus moris. ſic ergo per peccatum nullo modo diminuitur bonum natura.

¶ 13 Præ. Aug. dicit. 8. ſuper Gene. ad literam q̄ in ſuſio gratiæ eſt, ſicut illuminatio. & per conſe-quens peccatum eſt ſicut obtenebratio mentis: ſed tene-bra nō tollit ab aere habitate ad lumē. ergo nec eſt peccatum tollit aliquid de habitate ad gratiam.

¶ 14 Præ. Habitatis naturalis ad bonum vſ eſt idē, quod iuſtitia naturalis. Iuſtitia aut eſt rectitudo que-dam voluntatis, vt Anſel. dicit in lib. de veritate. Re-ctitudo aut nō poteſt diminui, quia omne rectum æqualiter eſt rectum. ergo neque bonum natura, quod eſt habitatis naturalis, diminuitur p peccatū.

¶ 15 Præ. Aug. dicit in li. de immortalitate anime, q̄ mutato aliquo, mutat id qd in eo eſt: ſed dimi-nutio eſt qdam ſpecies motus. ergo diminuto ſubi-ecto, diminuit accidens qd in eo eſt: ſed culpa eſt in bono nſæ ſicut in ſubiecto. Si ergo culpa diminuit bonū nſæ, diminuit ſemetipſam, qd eſt incōueniēs.

¶ 16 Præ. Secundum Philoſo. in 2. Eth. tria ſunt in anima, potentia, habitus, & paſſio: ſed paſſio nō di-minuitur per peccatū: quinimmo per peccata mul-tiplicatur, vnde & paſſiones peccatorum dicuntur ad Ro. 7. habitus autem virtutis totaliter tollitur p peccatum, potentia autem totaliter manet. nullum ergo bonum natura eſt in anima, quod per pecca-tum diminuat.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Lucæ 10. ſuper il-lud, & plagis impoſitis abierunt. dicit glo. q̄ pecca-tis humanæ nature integritas violatur. Nō autem violatur integritas, niſi per diminutionem. ergo pec-catum diminuit bonum natura.

¶ 2 Præ. Aug. dicit 1. r. de ciui. Dei. quod vitium eſt malum, quia nocet natura bonæ, quod nō eſſet niſi adimeret aliquid. Diminuit ergo bonum natura.

¶ 3 Præ. Aug. dicit in 6. Muſicæ, quod anima per peccatum facta eſt imbecillior. Diminuit ergo bo-num natura in ipſa per peccatum.

¶ 4 Præ. Creatura rationalis ſe habet ad gratiam ſi-cut oculus ad lumen: ſed oculus in tenebris exiſtēs fit minus habilis ad videndum lucem. ergo anima diu in peccato manens, fit minus habilis ad perci-piendam gratiam: & ita bonum nature, quod eſt ha-bilitatis, diminuitur per peccatum.

RESPON. Dicendum, q̄ quia diminuere eſt quod-dam agere, cōſiderandum eſt, quot modis aliquid agere dicatur, vt ſciatur qualiter peccatū bonū natura diminuat. Dicitur autem proprie quidem age-re ipſum agens, quod actum producit: abuſiue au-tem id, quod agens agit, ſicut proprie quidē pictor facit album parietem: ſed quia facit album per albe-dinem, conuenienter dicit quod albedo facit albū.

Quæſt. diſ. S. Tho. P 3 Quot

In li. de lib. arb. aliqua tuā a primū pio.

Li. 9. cap. 10. tom. 3.

Cap. 13. & in lib. de conce- ptu virgine li. ca. 3. a me cio.

Lib. 3. cap. 5. tom. 5.

Glo. ordina- ria.

Li. 12. ca. 6. & lib. 11. c. 9.

6 li. Muſicæ. c. 5. non multū procul a ſi. ca. 1.

1. 2. q. 85. ar- tic. 1.